

cumque minasset gregem ad inferiora deserti, venit ad montem Dei Horeb, apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: et videbat quod rubus arderet, et non combureretur. Dixit ergo Moyses: vadam, et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Tu. ꝑ. O puella. p. 65.

## LECTIO 2.

Cernens autem Dominus, quod pergeret ad videndum, vocabit eum de medio rubi, et ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. At ille: ne appropies, inquit, hinc: solve calcementum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est. Et ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. Tu. ꝑ. Una est. p. 65.

## LECTIO 3.

Abcondit Moyses faciem suam non enim audebat aspicere contra Deum. Cui ait Dominus: vidi afflictionem populi mei in Aegypto, et clamorem ejus audivi propter duritiam eorum, qui pressunt operibus... Sed veni et mittam te ad Pharaonem, ut educaes populum meum, filios Israel de Aegypto. Tu. ꝑ. Revertere. p. 65.

## IN II. NOCT.

Sermo Sancti Gregorii Nisseni.  
In die Natali Domini.

## LECTIO 4.

Dei Genitricis incorruptam integritatem magnus ille Moyses per eam lucem, in qua sibi Deus apparuit, videtur cognovisse, qui cum rubus arderet, nec tamen consumeretur. Transiens enim, inquit, videbo visionem hanc magnam, non loci motum, ut arbitror, per transitum declarans, sed temporis transitum. Tu. ꝑ. Diffusa. p. 65.

## LECTIO 5.

Quod enim tunc per flammam, et rubum significabatur, progredientem tempore, quod intercedebat, perspicuum in mysterio Virginis apertum fuit. Quemadmodum enim illic est rubus, et accendit ignem, et non comburitur; ita hic est Virgo, quae lucem parit, et non corrumpitur. Quod autem per rubum Virginis corpus, quod Deum peperit, intelligatur, ne te similitudinis pudeat. Tu. ꝑ. Sicut cedrus. p. 65.

## LECTIO 6.

Rem mirandam! Virgo Mater efficitur, et permanet Virgo. Cernis novum naturae ordinem? In aliis mulieribus, quando aliqua est virgo, non est mater. Nam postea quam effecta est mater, virginitatem non habet. Hic autem utrumque nomen in idem concurrit. Eadem enim et Mater et Virgo est. Nec virginitas partum ademit, nec partus virginitatem solvit. Tu. ꝑ. Servio tuā. p. 65.

## IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 7. v. 41.

In illo tempore: duo debitores erant cuidam feneratori. Et reliqua. Homilia B. Alberti Magni Episcopi.  
In Bibliā Mariand.

Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Estimo, quod is, cui plus donavit. Sed beatissima Virgini super omnem creaturam plus donatum est: ergo super omnes creaturas diligit. Item Deus dat omnibus affluenter, non tamen omnes recipiunt aequaliter. Hujus diversitatis duplex est causa. Alia ex parte recipientis, quia alter altero capaxior est. Tu. ꝑ. Dilixisti.

## LECTIO 8.

Hanc autem capacitatem operatur humilitas vera, juxta illud: humi-

libus dat gratiam. Ergo ubi major humilitas, ibi major capacitas est. Sed ipsa super omnes humilima fuit. Ergo maxime capax est: ergo maxima gratiam recipere potuit: scilicet, quantum recipere potuit, tantam recipit. Item ex parte dantis est diversitas doni, quia cum dans det secundum rationem, et retrō respiciat finem, majus donum dat, quod dat ad majorem finem. Tu. ꝑ. Omnis gloria. p. 65.

## LECTIO 9.

Sed dabatur MARLE gratiam ad essendum Matrem Dei, et omnibus aliis datur ad essendos servos, et ancillas Dei. Sicut ergo improporcionabiliter majus est esse Matrem Dei, quam servum Dei, ita improporcionabiliter erit majus donum ad essendum Matrem Dei, quam ad essendum servum Dei. Sed donum, in quo omnia donantur, est charitas beatissimae Virginis: ergo improporcionabiliter major erat charitate omni creaturā. Tu. Te Matrem. p. 5.

Ad. Benedic. ant. Simon, \* quis Deum plus diligit? aestimo, quod is, cui plus donatum est.

Oremus. Oratio.

Absorbeat, quaesumus, Domine, animas nostras ab omnibus quae sub caelo sunt, ille charitatis ignis, quo beatissimae Unigeniti tui Matri donatum est plus super omnem creaturam diligere. Qui tecum vivit.

## CANON.

Ex Decreto Sac. Rituum Congregationis.

Episcop. Gallic. Ap. Perrone.

55. Conceditur Diocessibus Gallicae indultum celebrandi Festum Conceptionis Deiparae Dominicā secundā adventūs, cum unice Missā solemnī in quālibet Ecclesiā, addito Praefationi verbo immaculata, et

cum plenariā Indulgentiā... quam quoniam Ecclesiam memoratā die visitantibus. Tu.

Ad. Magnif. ant. Rubus, \* quem videtat Moyses incumbustum, conservatam praesignavit tuam laudabilem virginitatem.

## CANONES.

Infra Hebdom. 6. Infantiae recitandi.  
4. De his quae ad Officium et Missam Conceptionis pertinent.

## FERIA II.

Ex Sixto Papā Quarto.  
Const. Cum praecelsa. an. 1476.

Concil. T. 34. p. 26.

56. Ordinamus, quod omnes et singuli Christi fideles, qui Missam et Officium Conceptionis Beatae Virginis gloriose... in die Conceptionis ejusdem et per octavas ejus devote celebraverint et dixerint, aut illis Horis Canonice interfuerint, quoties id fecerint, eamdem prorsus indulgentiam consequantur, quam in festo Corporis Christi et per ejus Octavas... Tu.

## FERIA III.

Ex Leone Papā Decimo.  
Const. Pae Christi. an. 1518. aservatur Molinae Aragon.

57. Vobis et pro tempore existentibus Rectoribus et beneficiatis... parochialium Ecclesiarum oppidi Molina, ut in nocte ante diem festum Conceptionis Beatae MARLE Virginis post Laudes hujusmodi annis singulis in Ecclesiā Sancti Egidii unam Missam in cantu cum Presbytero, Diacono et Subdiacono solemniter celebrare liberē et licite valeatis... de speciali dono gratiae perpetuū indulgentum. Tu.

## FERIA IV.

Ex Decreto Sanctae Romanae Inquisitionis.

Sub. Greg. XV. an. 1622.

58. Sanctitas sua... omnibus

et singulis personis Ecclesiasticis... mandat ac præcipit, ut in Sacro-Sancto Missæ sacrificio ac divino officio celebrando, tam publicè quàm privatim, non alio quàm Conceptionis nomine « in Missa et officio Conceptionis Beate Virginis » uti debeant. Tu.

## FERIA V.

Ex Alexandro Papâ Septimo. *Const.* 483. Quæ inter. *an.* 1664. *B. Rom. Tom.* 6. p. 6. p. 20.

59. In omnibus Regnis Hispaniarum et Indiarum Regis Catholici imperio subjectis, tum à sæcularibus tum à Regularibus, qui horas canonicas recitare tenentur, Officium et Missa Conceptionis Beate MARLE Virginis Immaculate cum octavâ in postulum de præcepto recitetur. Tu.

## FERIA VI.

Ex Alexandro Papâ Septimo. *Const.* 513. 518. 523. *an.* 1665. *Bull. Rom. Tom.* 6. p. 6.

60. In omnibus Ditionibus et Dominis Ducis Sabaudie, et Magno Ducis Etruriæ subjectis, ac in toto statu Mediolanensi, ac in Marchionatu Finariensi, ab omnibus qui Horas canonicas recitare tenentur, officium et Missa Conceptionis Beate MARLE Virginis Immaculate cum Octavâ in postulum de præcepto recitetur. Tu.

## SABBATO.

Ex Clemente Papâ Nono. *Const.* 16. et 33. *an.* 1667. *Bull. Rom. Tom.* 6. part. 6.

61. In societate JESU, et in Ordine Eremitarum Sancti Augustini ab omnibus Religiosis qui Horas canonicas recitare tenentur, officium et Missa Conceptionis Beate MARLE Virginis Immaculate cum octavâ in postulum de præcepto recitetur. Tu.

## DOM. VII. IEFÆET.

## Semiduplex.

## IN I. NOCT.

De libro Exodi.

## LECTIO 1. c. 31. v. 1.

Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: ecce vocavi ex nomine Beseleel filium Uri, filii Uur, de tribu Juda, et implevi eum spiritu Dei, sapientiâ, et intelligentiâ, et scientiâ in omni opere, ad excogitandum quidquid fabricari potest ex auro, et argento, et ære, et marmore et gemmis, et diversitate lignorum. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Tu. ꝑ. O puella. p. 65.

## LECTIO 2.

Et in corde omnis eruditus posui sapientiam, ut faciat cuncta, quæ præcepi tibi, tabernaculum fœderis et arcam testimonii, et propitiatorium, quod super eam est, et cuncta vasa tabernaculi, mensamque et vasa ejus, candelabrum purissimum cum vasis ejus, et altaria thymiomaticis, et holocausti, et omnia vasa eorum. Tu. ꝑ. Una est. p. 65.

## LECTIO 3. c. 37. v. 1

Fecit autem Beseleel et arcam de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, et cubitum ac semissim in latitudine, altitudo quoque unius cubiti fuit et dimidii: vestivique eam auro purissimo intus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos ejus: duos annulos in lateri uno, et duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis setim, quos vestivit auro, et quos misit annulos ad portandum eam. Tu. ꝑ. Revertere. p. 65.

## IN II. NOCT.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

## Dom. III. Infantie.

Serm. de Sancta Maria. Inter ejus opera.

## IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

## LECTIO 4.

Arca quoque testamenti typum tenet sanctæ Dei Genitricis. Illam fecit Beseleel: islam condidit Emmanuel. Beseleel Ooliab in opere socium habuit, et Virgo quoque virginum condita, præelecta, præservata et ornata per Spiritum Sanctum, et ejus omnipotentem Filium fuit. Beseleel interpretatur umbra Dei: Ooliab protectio mea. Prior ille Spiritus Sancti, iste verò typum tenet Filii. ꝑ. Diffusa. p. 65.

## LECTIO 5.

Beseleel ergo cum socio arcam testamenti fabricavit: Sancta quoque Trinitas Virginem sibi sanctificavit, ac templum sanctissimum consecravit, hospitiumque mundissimum sibi præparavit, thalamum quoque, de quo Sponsus præ filiis hominum speciosus ad publicum procederet, decenter prænavit. Neque enim Pater abesse potuit, ubi ejus Spiritum et Filium cooperari voluit. Tu. ꝑ. Sicut cedrus. p. 65.

## LECTIO 6.

Arca verò testamenti de lignis setim facta est, et MARIA de spinoso et hispido Judaorum populo et arido procreata est. Setim enim interpretatur spina. Aliter Eva spina, rosa MARIA. Revera Eva spina fuit, quæ et virum suum ad mortem pupugit, et posteritati suæ peccati aculeum infixit. Eva ergo spina fuit: MARIA rosa extitit. Eva spina vulnerando. MARIA rosa omnium affectus nullo. Eva spina infigans omnibus mortem, MARIA rosa reddens salutiferam omnibus sortem. Tu. ꝑ. Specie tuâ. p. 65.

## LECTIO 7. c. 11. v. 11

In illo tempore: dixit JESUS turbis: amen dico vobis: non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista. Et reliqua.

Hômilia Sancti Bernardini Senensis *De amore glorioso Ser.* 49. p. 1. Dico, quod minimus angelus existens inter natos mulierum major pulchrior, quam sit pulchrior anima, quam unquam fecerit Deus, et quam anima sancti Joannis Baptistæ, exceptâ animâ Christi et Virginis gloriosæ. Et licet dicatur quod inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista, tamen qui minor est inter angelos, in vilâ est minor eo valde. Tu. ꝑ. Dillexisti p. 65.

## LECTIO 8.

Et nota illud dicere: quod inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista, vult dicere, quod Joannis Baptistæ anima est major omnibus animabus natis ex muliere. Et Christus cavet se, extrahit Virginem gloriosam occulte, si benè advertis suum eloquium, quia dixit: non surrexit, quia nullus dicitur levare seu surgere, qui non cecidit. Tu. ꝑ. Omnis. pag. 65.

## LECTIO 9.

Sed quia Christus non cecidit in aliquo peccato conceptionis, nec actualis, et similiter beata Virgo, ideò non sunt in illâ regulâ, qui non ceciderunt modo jam dicto: ideò non dicuntur surgere, sicut omnes ceteri homines, qui ceciderunt, et cadunt ab Adam citra præ peccatum originale. Tu. Te Matrem. p. 3.

Ad Benedict. ant. Proclit \* et de ultimis finibus hujus mulieris premium.

Oremus. Oratio.  
Protege, Domine, populum tuum gratiæ tuæ subsidii, et beatâ MARIÆ semper Virgine intercedente, fac nos ad sempiterna gaudia pervenire. Per Dominum.

## CANON.

Ex Clemente Papâ Nono.  
*Const. 25. Sincera an. 1667. — Bul. R. T. 6. p. 6. pag. 208.*

62. In alnâ urbe et in universâ Sancta Romanæ Ecclesiæ ditione, ab omnibus qui Horas canonicas recitare tenentur, officium et Missa Conceptionis Beate MARIE Virginis Immaculatæ in posterum de præcepto recietur. Tu.

Ad Magnificat. ant. Arcam \* de lignis selim compingite, eideaurabilis eam intus et foris.

## CANONES.

*Infra Hebd. 7. Infan. recitandi.*  
FERIA II.

Ex Innocentio Papâ Undecimo.  
*Cons. 36. In excelsa. an. 1693. — B. R. Tom. 9. pag. 304*

6E. Precibus Caroli Hispaniarum Regis... benignè inclinati, ut Officium et Missa Conceptionis Beate MARIE Virginis Immaculatæ cum octavâ et Lectionibus approbatis... ubique terrarum in posterum... de præcepto recietur, apostolicâ auctoritate tenore præsentium mandamus et decernimus. Tu.

## FERIA III.

Ex Clemente Papâ Decimo tertio.  
*Cons. Quam prim. 17. Jan. 1761.*

64. Ad preces Caroli Hispaniarum Regis concedimus, ut in die Conceptionis Beate MARIE Virginis in eisdem regnis ab universo clero, illud officium proprium et Missa cum octavâ recitentur, quod et quæ de præsentî à Fratibus

ordinis Minorum Sancti Francisci recitantur. Tu.

## FERIA IV.

Ex Clemente Papâ Decimo tertio.  
*Const. Commissi nob. 14 Mart. 1767.*

65. Supplicationibus Regis Hispaniarum inclinati, ut in posterum singulis sabbatis non impeditis, officium proprium Immaculatæ Conceptionis ab universo Clero sub ritu semiduplici recitari, et Missa ibidem propria respectivè celebrari possit, auctoritate apostolicâ concedimus. Tu.

## FERIA V.

Ex Decreto Sac. Rituum Congregationis.

6 *Setembr. 1834. Hispal.*

66. Extenditur ad Archiepiscopium Hispalensem indultum jam pridem concessum ordinibus Sancti Francisci, addendi nimirum in Præfatione Missæ propriæ Conceptionis Beate MARIE Virginis verbum Immaculatâ, ita ut legi queat: Et te in Conceptione Immaculatâ. Tu.

## FERIA VI.

Ex Decreto Sac. Rituum Congregationis

11 *Jun. 1838. Lugdunens.*

67. Conceditur Diocesi Lugdunensi, et omnibus idem petentibus indultum dicendi in Præfatione Missæ Conceptionis Beate MARIE Virginis: Et te in Conceptione Immaculatâ. Tu.

## SABBATO.

Ex Decreto Sac. Rituum Congregationis.

10 *Dec. 1843. Ord. Prædical.*

68. Indultum dicendi: Et te in Conceptione Immaculatâ: in Præfatione Missæ Conceptionis Beate MARIE Virginis Archiepiscopi Hispalensis concessum, Gregorius Decimus Sextus ad universum ordinem Prædicatorum extendit. Tu.

## DOM. VIII INFAN.

## Semiduplex.

## IN I. NOCT.

De libro Levitici.

LECTIO 1. c. 1 v. 1

Vocavit autem Moyses et locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonii, dicens: loquere filiis Israel, et dices ad eos: Homo, qui obulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribus, id est de bobus, et ovibus offerens victimas, si holocaustum fuerit ejus oblatio, ac de armento: masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonii, ad placandum sibi Dominum. Tu. ¶ Opuscula. p. 65.

LECTIO 2. c. 25. 6.

Locatusque est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens: clanges buccinâ mense septimo, decimâ die mensis, propitiationis tempore in universâ terrâ vestrâ. Sanctificabisque annum quinquagesimum et vocabis remissionem: cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim jubilæus. Revertetur homo ad possessionem suam, et unusquisque rediet ad familiam pristinam, quia jubilæus est, et quinquagesimus annus. Tu.

¶ Una es. p. 631.

LECTIO 3. c. 26 v. 1

Ego Dominus Deus vester... Si in præceptis meis ambulaveritis, et mandata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo vobis pluviam temporibus suis, et terra gignet germen suum, et pomis arbores replebuntur... Penam tabernaculum meum in medio vestri, et non abjiciet vos anima mea, ambulabo inter vos, et ero Deus vester, vosque eritis populus meus. Tu. ¶ Revertere. p. 65.

IN II. NOCT.

Ex Bibliâ Marianâ B. Alberti Mag-  
ni, Ep.

## Dom. VIII. Infantie.

## LECTIO 4

*In Leviticum*  
Regina mundi dicitur ostium præsentationis, ad quod omnis peccator præsentari debet. Homo qui obtulerit voluntariè hostiam Deo, ad placandum sibi Dominum, offerret primò ad ostium tabernaculi, id est, ad MARIAM. Undè Bernardus in sermone de Nativitate: Quidquid illud est, quod offerre paras, MARIE commendare memento, ut eodem alveo ad largiorem gratiæ gratia redeat, quo suffulit. Tu.

¶ Diffusa est. p. 65.

LECTIO 5.

Item ipsa est annus, et tempus propitiationis. Tempore propitiationis clanges buccinâ. Quia genus humanum bonitate et clementiâ à corruptione liberatur, quibus in Adam dictum est: pulvis es, et in pulverem reverteris. Et annum quinquagesimum, id est, MARIAM vocabis remissionem: Glossa: omnium peccatorum, omnium laborum, cunctis habitatoribus, non solum celi, sed et terræ. Revertetur enim homo, scilicet, peccator ad possessionem suam, id est, ad paradissum, et ad familiam pristinam, id est, Patriarcharum et Prophetarum. Tu. ¶ Sicut cedrus. p. 65.

LECTIO 6.

Item ipsa est tabernaculum unionis inter nos et Deum. Penam firmiter tabernaculum meum in medio vestri. Tabernaculum, id est, MARIAM, quod est meum sanctitate, meum firmitate, meum amplitudine, meum largitate, et hoc in medio vertri, quia communis est. Et non abjiciet vos anima mea. Glossa: audeo et dico: quia anima Dei et Christus est: ac si diceret non abjiciet vos Filius meus. Ambulabo inter vos, homo factus. Tu. ¶ Specie tuâ. p. 65.

Lectio Sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECT. 7. c. 25. v. 1.  
In illo tempore: dixit JESUS Discipulis suis: simile est regnum cœlorum decem virginibus. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

Serm. 2. in assumpt. B. V.

Non est de numero futurarum prudens Virgo. Lampadem habet, sed in vase oleum portat. An forte excidit vobis evangelica illa parabola, quæ fatuas virgines prohibitas narrat ab introitu nuptiarum? Erat equidem domus earum munda, virgines enim erant. Erat ornata, quia simul omnes, id est, fatuæ cum prudentibus lampades ornaverunt: sed erat vacans, quia in vasis suis oleum non acciperunt. Tu. ꝑ. Dilixisti. p. 65.

## LECTIO 8.

Hinc est, quod nec ab eis suscipi in domo suas, nec admittere eas dignatur sponsus cœlestis ad nuptias. Non sic mulier illa fortis, quæ serpentis caput contrivit. Habes enim post nulla in laudibus ejus, quia non extinguetur in nocte lucerna ipsius. In suggillationem hoc dicitur futurarum, quæ, veniente mediâ nocte sponso, conqueruntur serô, et dicunt: quia lampades nostræ extinguuntur. Tu. ꝑ. Omnis glori. p. 65.

## LECTIO 9.

Processit igitur gloriosa Virgo, cuius lampas ardentissima ipsis quod angelis lucis miraculo fuit, ut dicent: Quæ est ista, quæ progreditur, sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? Claritas enim cæteris rutilabat, quam replevit oleo gratiæ præ participibus suis Christus JESUS Filius ejus Dominus noster. Tu. Te Ma-

trem. p. 3.

Ad Bened. ant. Hæc est Virgo prudentissima quæ semper oleum gratiæ in suo lampade habuit.

Oremus. Oratio.  
Presta quasumus, omnipotens Deus, ut qui Matrem tuam quotidie veneramus in terris, cœlestibus gaudiis, ipsâ intercedente, perfuramur in cœlis. Qui vivis et regn.

## CANON.

Ex Decreto Sac. Rituum Congregationis. 17 Jul. 1847. Ordin. Prædic.

69. Pius Nonus apostolicâ auctoritate suâ præcipi, ut duo decreta super elevatione ritus Festi Conceptionis Deiparæ, et additione verbi Immaculata in Præfatione Missæ ejusdem Conceptionis à Gregorio Decimo sexto universo ordini Prædicatorum concessa, plenissimè observentur tum ab omnibus et singulis alumnis dicti ordinis, tum in omnibus pariter ordinis ipsius Ecclesiis. Tu.

Ad Magnif. ant. Ecce ponam tabernaculum meum in medio vestri, dicit Dominus.

## CANONES

Infra Hebdom. 8. Infantie recitandi.

## FERIA II.

Ex Pio Papâ Nono.

Encicl. Gaeta 2. Febr. 1849.

Const. Ineffabil. Die 8. Dec. 1854.

70. Memores Institutionis Sixti quarti proprium de Immaculatâ Conceptione officium «recentissime compositum» auctoritate nostrâ munivimus, illiusque usum «loco ejus quod in communi Breviario continetur» universæ Ecclesiæ lætissimo prorsus animo concessimus, «quin ejusmodi venia à nobis vel à nostrâ sacrorum Rituum congregatione implorari debeat.» Tu.

## FERIA III.

5. Deipara immaculata in Patronam eligitur.

Ex Clemente Papâ Decimo Tertio. Bull. VI. Idus Nov. 1760.

Beatissimam Virginem Deiparam in sacrosancto ejusdem Immaculatæ Conceptionis mysterio, Hispaniarum Indiarumque ditumtum à comitibus totius Nationis Hispaniæ Patronam et Advocatam specialem communi consensione nuncupatam et delectam, tenore presentium confirmamus et approbamus. Tu.

## FERIA IV.

Ex Clemente Papâ Duodecimo. Const. 231. Nuper sicut an. 1739.

B. R. Tom. 14. pag. 360.

71. Beatissimam Virginem MARIAM Immaculatam in principalem Regni Sicilia ultra Pharus Patronam, ut majora eidem semper à Christi fidelibus impendantur obsequia, et religiosa populorum pietas præsentissimo ejusdem fruatur patrocinio, quatenus opus sit auctoritate apostolicâ tenore presentium denot confirmamus. Tu.

## FERIA V.

Ex Sacrà Congregatione de Propagandâ fide. 7. Febr. 1847.

72. Pius Papâ Nonus benignè probavit in omnibus Electionem quam Concilium Sextum Baltimorensis fecit Beatæ Virginis MARLE sine labe originali conceptæ in Patronam septentrionalis Americæ federatarum Provinciarum. Tu.

## FERIA VI.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineffabilis. 8. Dec. 1834.

73. Prædecessores nostri vehementer gloriosi sunt, apostolicâ suâ auctoritate.... cultum jam institutum omni ope promovere, amplificare.... facultate tributâ civilibus, provinciis, regnisque, ut Deiparam sub titulo Immaculatæ Con-

ceptionis Patronam sibi deligerent. Tu.

## SABBATO.

Ex Pio Papâ Nono.

U. supra.

74. «Cultum hunc Prædecessores nostri gloriosi sunt amplificare.» sive comprobatis Sodalityibus, Congregationibus, Religiosisque Familiis ad Immaculatam Conceptionis honorem institutis, sive laudibus eorum pietati delatis, qui monasteria, xenodochia, altaria, templa sub Immaculatæ conceptus titulo exerebant, aut sacramenti religione interpositâ Immaculatam Deiparam Conceptionem strenuè propugnare sponponderint. Tu.

## DOM. IX. INFANT.

Semiduplex.

## IN I. NOCT.

De libro Numerorum.

LECTIO 1. c. 17. v. 1.

Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: loquere ad filios Israël et accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, et unicuique nomen superscribes virgæ suæ: Nomen autem Aaron erit in tribu Levi, et una virga cunctas seorsum familias continebit: ponesque eas in tabernaculo federis coram testimonio, ubi loquar ad te. Tu. ꝑ. O puella. p. 65.

## LECTIO 2.

Quem ex his elegero, germinabit virga ejus, et cohibebo à me quæronias filiorum Israël, quibus contra vos murmurarunt. Locutusque est Moyses ad filios Israël: et dederunt ei omnes principes virgæ per singulas tribus: fueruntque virgæ duodecim absque virgâ Aaron. Tu. ꝑ. Una. p. 65.

## LECTIO 3.

Quas cum possidisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonii,

sequenti die reversus invenit geminasse virgam Aaron in domo Levi: et turgenibus geminis eruperant flores, qui, foliis dilatis, in amigdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israël: videruntque, et receperunt singuli virgas suas. Tu. ꝑ. Revertere. p. 65.

## IN II. NOCT.

Sermo S. Amadei Ep. Lausannensis.

*De laudib. B. M. V. Hom. 1.*

## LECTIO 4.

Virgo beata virga dicitur, utpote gratiosa et recta, subtilis et porrecta. Gratiosa pro verecundiam, et formositatem, recta per iudicium et aequitatem, subtilis per contemplationis ingenium, porrecta pro vite meritum. Effloruit autem de Spiritu Sancto, sicut virga Aaron floruit ex miraculo. Illa fructum protulit amigdalinum, ista et optimum protulit amigdalum, habentem nucleum et testam. Tu. ꝑ. Diffusa. p. 65.

## LECTIO 5.

Nucleum habens, ut reficiat; testam, ut contegat. Nucleum in divinitate; testam in humanitate. Vis nosse nucleum? audi, quia in principio erat Verbum. Testam nosse desideras? Audi, quia Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Vides ergo, quia nucleum est in testâ, verbum est incarnatum. Tu. ꝑ. Sicut cedr. p. 65.

## LECTIO 6.

Et quoniam testa etiâm corticem habet, corticem intellige in carne amaritudine, testam in resurrectione, nucleum in deitate. Cortice Christus nos sanat, testâ corroborat, nucleo pastum æternum administrat. Hoc nucleum, hoc verbum nos illuminet, et usque in cubiculum

Genitricis nos introducat. Tu. ꝑ. Specie tuâ. p. 65.

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 15 v. 8.

In illo tempore: dixit JESUS Scribis et Phariseis parabolam hæc: Quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, et evertit domum, et querit diligentè, donec inveniat? Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis.

*De consens. Virgin. art. 2. c. 1.*

Apparuit desiderium Virginis magnum in magno promissione. Non enim mirum, si tam magna desideravit, nam desiderabilia audit, desiderabilia intellexit, desiderabilia requisivit. Quæ enim multum querimus, multum desideramus. Propterea Lucæ decimo quinto capite mulier illa lucernam accendit, domum evertit, et drachmam perditam querit. Tu. ꝑ. Dilexisti. p. 65.

## LECTIO 8.

Misticè quippe drachma sapientia Dei est, quam amiserat natura humana. Sed mulier, id est, MARIA, tunc lucernam accendit, quando virginitalis exemplum labili mundo dedit, domum evertit, quando per mentem industriam in omnibus requiem quaesivit. Et nusquam nisi in drachmâ perditâ, id est, in Dei sapientiâ, illam invenit. Tu. ꝑ. Omnis gloria. p. 65.

## LECTIO 9.

Ude Ecclesiasticus: in omnibus requiem quaesivi, et in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit, scilicet, Deus angelo: et dixit mihi, scilicet, annuntiando voluntatem Dei de incarnatione Filii sui. Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, scilicet, cum consensu an-

gelo nuntianti, quando videlicet dixi: Fiat mihi secundum verbum tuum. Tu. Te Matrem. p. 5.

*Ad Benet. ant. Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdidit Eva.*

Oremus.

*Oratio.*  
Deus, qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: presta, quæsumus, ut sanctissima Genitricis tue auxilio firmati, ea quæ pro peccatis nostris patimur, ipsâ adjuvante, vincamus. Qui vivis et regnas.

## III.

DEIPARÆ VIRGINITÆ.  
CANON.

Ex S. Zenone Ep. Veronensi. *an. 260.—Serm. 2. de Nativit. Mariae.*

75. O magnum Sacramentum! MARIA Virgo incorrupta concepit, post conceptum Virgo peperit, post partum Virgo permansit. Tu.

*Ad Magnif. ant.* Hæc est virga, in quâ nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

## CANONES.

Infra Hebdomadam 9. Infantie.

## FERIA II.

Ex S. Zenone Ep. Veronensi. *Lib. 1. Tract. 1. de Continentiâ.*

76. MARI! fuit Virgo post conubium. Virgo post conceptum, Virgo post Filium. Denique si esset aliquid Virginitalis melius, Dei Filii hoc magis potuerat suæ Matri præstare, cui præstiterit, ut divina Virginitalis honore polleret. Tu.

## FERIA III.

Ex S. Athanasio Ep. Alexandrino. *An. 340. In Descript. B. V. M.*

77. Ex Virgine nascitur, ut primum parentem Adam ex limo virginis adhuc terræ formatum reformaret. Tu.

## FERIA IV.

Ex S. Epiphanio Episcopo. *Contr. hæres. her. 30. p. 64. an. 370.*

78. Ecce Virgo in utero habit. Virgo autem non appellatur, quæ viro conjuncta est, et nuptiis capulata mulier: sed illa propriè Virgo dici poterit, quæ citra virum conceptionem Dei Verbi in veritate habuit. Tu.

## FERIA V.

Ex S. Cyrillo Ep. Jerosolymitano. *An. 386.—Cathec. 12. n. 28.*

79. Ille qui virgæ propter summum Sacerdotium typicum (seu alterius figuram) fructum supra naturam ferre dedit; nonne Virgini propter verum summum Sacerdotium parere concesserit? Tu.

## FERIA VI.

Ex S. Theodoto Ep. Anciræ. *An. 430.—Homil. lect. in Concil. Eph.*

80. Virgo, Virginitalis integritate retentâ, electa est Mater. Nam incorruptionis largitor corruptionem non efficit: incorruptionis auctor nihil corrupti. Tu.

## SABBATO.

Ex S. Theodoto Ep. Anciræ. *ut supra.*

81. Et generationem sibi Deus Verbum ascivit, et Matrem eligens Virginem processit per uterum virginitalis decoratum. Tu.

## DOM. X. INFANT.

## Semidplex.

*Si hæc Domin. fuerit ultima tempor. Infantie omittitur et ejus loco ponitur Dom. XI. quæ sequitur. Canonessequuntur Domin. in hęc Rubricâ.*

## IN I. NOCT.

De libro Numerorum.

## LECTIO 1. c. 24. e. 15.

Dixit Balaam filius Beor: dixit ho-

mo, cujus obturatus est oculus: dixit audior sermonum Dei, qui novæ doctrinam Altissimi, et visiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non propè. Orietur stella ex Jacob, et consurgit virga de Israel: et percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. Tu. *¶* O puella. p. 65.

## LECTIO 2.

Et erit Idumæa possessio ejus: hæreditas Seir cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget. De Jacob erit qui dominator, et perdat reliquias civitatis. Cumque vidisset Amalec assumens parabolam, ait: Principium gentium Amalec, cujus extrema perdentur. Tu. *¶* Una est. p. 65.

## LECTIO 3.

Vidit quoque Cinæum, et assumptâ parabolâ, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petrâ posueris nidum tuum, et fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te. Assumptâque parabolâ, iterum locutus est: Heu, quis victurus est, quando ista faciet Deus? Venient in Irrenibus de Italiâ, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebreos, et ad extremum etiâ ipsi peribunt. Tu. *¶* Revertere. p. 65.

## IN II. NOCT.

Ex verbis Sancti Bonaventuræ Episcopi in Speculo Beate Virginis. *Cap. 3.*

## LECTIO 4.

Considera, carissime, quod Maria est stella purissima, sine peccato purissimè vivendo. Unde de eâ dici potest illud sapientie: Est enim hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum, luci comparata invenitur purior. Qui-

dam legunt hic prior, quidam purior, utrumque verò stellæ nostræ competit. MARIA enim est prior, id est, potior, sive dignior. MARIA etiâ purior est sole, et stellis et luce, quia tam dignitate, quam puritate solem, et stellas, et omnem lucem superat corporalem, immò etiâ spirituales, id est, angelicam craturam. Tu. *¶* Diffusa.

## LECTIO 5.

Secundò considera, carissime, quod MARIA est stella radiosissima, radium æternum emittendo, et Dei Filium pariendo. Ipsa enim est stella, de quâ dicitur in Numeris: Orietur stella Jacob, et consurgit virga de Israel. Virga ista est Dei Filius, qui stella nostræ MARIE est radius. Radius utique de quo cantatur: Sicut sidus radium. De quo etiâ Beatus Bernardus ait: Nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam virginitatem. Tu. *¶* Sicut œdrus.

## LECTIO 6.

Overè beatissima! o verè radiosissima stella MARIA! cujus radius non solum mundum, immò etiâ cælum, et non solum cælum, immò etiâ infernum penetravit, sicut Beatus Bernardus scribens, ait: Ipsa est præclara et eximisa stella ex Jacob orta, cujus radius universum orbem illuminat, cujus splendor etiâ in superis præfulget, et inferos penetrat. Vides modò quomodò MARIA est stella purissima, purissimè vivendo: vides secundò, quomodò MARIA sit stella radiosissima Filium Dei pariendo. Tu. *¶* Specie tuâ. p. 65.

## IN III. NOCT.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Joannem.

## LECTIO 7. c. 5. v. 1.

In illo tempore: erat dies festus Ju-

dæorum, et ascendit JESUS Jerosolymam: Erat autem Jerosolymis probatica piscina. Et reliqua. Homilia Ven. Petri Blessensis.

In adv. Dom. Serm. 1.—In Btblot. max. Patr. T. 3.

Probatice piscina beatam Virginem significat. Ipsa enim non solum ovina propter simplicitatem, et innocentiam dici potuit, sed etiâ ovis. Agnum enim peperit, qui tollit peccata mundi. Præbabile enim fuit, si agnum peperit, quod ovis fuit. Descendit in eam magni consilii Angelus, et mota est triphice motione, scilicet, in separatione carnis, in remotione fomitis, in virtute benedictionis. Tu. *¶* Dilexisti. p. 65.

## LECTIO 8.

Cum obnubilaret eam virtus Altissimi, separavit ab eâ carunculam, ex quâ formata est caro Salvatoris. Extinctus est etiâ in ea fomes ille naturalis, languor naturæ, ex quo surgunt in nobis illiciti motus, qui in nostrâ potestate non sunt. Benedictionem verò attentius illi Angelus dicens: Ave benedicta inter mulieres, id est, sola robusta inter molles. Mulier enim à mollitie sumitur, quasi mollier. Tu. *¶* Omni glor. p. 65.

## LECTIO 9.

Hæc est illa mulier fortis, de quâ scriptum est: Mulierem fortem quis inveniet? In cujus fortitudine dictum est diabolo: Ipsa conteret caput tuum. Antiquus enim ille Ceresites duobus maxime cornibus impugnat nos, elatione animi et immunditiâ carnis. Hæc duo cornua contrivit in se illa mulier fortis, contraria contrariis curans, humilitate despiciens superbiam carnis, voto virginitatis carnis immunditiam. Tu. Te Matrem. p. 65.

Ad. Benedict. ant. Erat Jerosolymis probatica piscina, quæ Virginem Deiparam significabat.

## Oremus.

## Oratio.

Concede nos, quassumus, Omnipotens Deus, Beate MARIE semper Virginis precibus sublevari, per cujus ineffabilem partum procurasti salutis humanæ remedium. Per Dom.

## CANON.

Ex S. Proclo Ep. Cyclici. An. 430.—Homil. In Ecc. Constant. Com. Eph. p. 1. n. 1. Concil. Tom. V. p. 15.

83. Si ea, quæ «Verbum genuit,» virgo non permansit, neque is, qui natus est, aliud quam purus homo exitit. Tu.

Ad. Magnif. ant. Orietur Stella ex Jacob, et consurgit virga de Israel.

## CANONES.

Intra Hebd. 10. Infantie.

Ex S. Cyrillo Ep. Alexandrino. An. 430. In Apolog. pro 12. capit. Tom. VI. Concil. p. 23.

83. Solutus habuit Matrem nuptiis non expertam: et servavit Virginem eam, quæ ipsam peperit secundum carnem. Tu.

## FERIA III.

Ex S. Petro Chrysologo.

An. 446.—Serm. 143.

84. Verè benedicta Virgo, quæ et virginitatis possidet decus, et Matris dignitatem: verè benedicta, quæ et superni conceptus meruit gratiam, et servavit integritatis coronam. Tu.

## FERIA IV.

Ex S. Leone Papâ Primo. Serm. de Nativ. Christi adan. 450.

85. Divina potestate subnixum est, quod virgo conceperit, quod virgo pepererit, quod virgo permanserit. Tu.

## FERIA V.

Ex S. Leone Papâ Primo.

*Serm. de Nativ. Christi.*

86. Virgo regia davidice stirpis eligitur, quæ sacro gravidanda foetu, divinam humanamque prolem prius conciperet mente, quam corpore. Tu.

## FERIA VI.

Ex S. Leone Papâ Primo.

*Ep. ad Flavian. — Concil. Tom. 8. p. 411.*

87. Conceptus quippè est de Spiritu Sancto intra uterum Matris Virginis, quæ illum salvâ virginitate edidit, quemadmodam salvâ virginitate concepit. Tu.

## SABBATO.

Ex S. Isidoro Arch. Hispanensi.

*An. 330. — Allegor. ex nov. Testam.*

88. MARIA autem Ecclesiam significat, quæ cum sit desponsata Christo, virgo nos de Spiritu Sancto concepit, virgo etiâ parit. Tu.

## DOM. XI. ET ULTIMA INF.

*Semiduplex.*

## IN I. NOCT.

De libro Deuteronomii.

## LECTIO 1. c. 1. v. 29.

Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses ad omnem Israel: Nolite meluere, nec timeatis eos: Dominus Deus, qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto cunctis videntibus. Et in solitudine (ipse vidisti) portavit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare parvulum filium suum, in omni vi per quam ambulasti, donec veniretis ad locum istum. Tu. *g. Opella. p. 63.*

## LECTIO 2. c. 15. v. 11.

Dixit Dominus ad Moysen: non deerunt pauperes in terrâ habitationis tuæ: Ideo ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo

egeno, et pauperi, qui tecum versatur in terrâ. Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus; aut Hebræa, et sex annis servierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. Tu. *g. Una. p. 63.*

## LECTIO 3. c. 33. v. 2.

Et ait, « Moyses, » Dominus de Sinai venit, et de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, et cum eo sanctorum millia. In dextera ejus ignea lex. Dilixit populos: omnes Sancti in manu illius sunt, et qui appropinquant pedibus ejus, accipiunt de doctrinâ illius. Et Benjamin ait: amantissimus Domini habitavit confidenter in eo: quasi in thalamo totâ die morabitur, et inter humeros illius requiescet. Tu. *g. Revertere. p. 65.*

## IN II. NOCT.

Ex Bibliâ Mariand Beati Alberti Magni, Episcopi. *In Deuteronom.*

## LECTIO 4.

Beatissima Domina virgo MARIA dicitur infirmorum portatrix. Portavit enim Filium Dei pro nobis in utero sanctitatis, et nos portat in utero miserationis. Portavit te Dominus Deus tuus, et non solum ipse, sed et Dei Genitrix Virgo pia, ut solet homo gestare parvulum filium suum, quem tenerrimè diligit, nec laborare permittit. In omni viâ per quam ambulasti, nunquam defuit, donec veniretis ad locum istum. Tu. *g.*

## LECTIO 8.

Item ipsa est soror nostræ pauperitatis. Undè tenetur nobis ex constitutione legis subvenire. Non avertas oculos miserationis tuæ ô MARIA, à paupere fratre tuo, scilicet, peccatore, qui licet peccator, et pauper sit, tamen frater tuus est per matrem. Non enim deerunt pauperes in terrâ habitatio-

nis tuæ, id est, in mundo. Non enim possunt esse divites, sicut tu, cui dictum est: ave gratiâ plena. Ideo aperies festinâter, hilaritèr, abundantèr manum subventionis, et defensionis fratri tuo egeno, et pauperi. Tu. *g. Sicut p. 65.*

## LECTIO 6.

Item ipsa est thalamus deliciarum Dei. Amantissimus Domini Benjamin, id est, Christus Filius Dei, in thalamo, id est, in MARIA totâ die morabitur, nullo vitio alienatus aliquandò. Undè ibi à quærentibus invenietur, et intra humeros illius requiescet, id est, inter bona opera. Item ipsa est Mater inflammationis, Mater custoditionis, Mater instructionis. De his tribus. In dextera ejus, id est, MARIA, ignea lex, id est, charitas, quæ sanctos facilius in amore sui succendit. Secundò omnes sancti ad custodiam in manu illius. Item, et qui appropinquant pedibus ejus. Glossa: ut discant, et humiliter accipiant de doctrinâ illius. Tu.

*g. Specie p. 65.*

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

## LECTIO 7. c. 17. v. 1

In illo tempore: sublevalis JESUS oculis in cœlum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Et reliqua. Homilia S. Ambrosii Episcopi.

*De Virginitate lib. 2.*

Quantæ in unâ Virgine species virtutum emicant. Secretum verecundie, vexillum fidei, devotionis obsequium, virgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad templum. O quantis ista virginibus occurrat, quantas complexa ad Dominum trahat, dicens: hæc thorus filii mei, hæc thalamus nup-

biales immaculato servavit pudore. Tu. *g. Dilexisti p. 65.*

## LECTIO 8.

Quemadmodum cas ipse Dominus commendabit Patri, nimirum illud et repetens suum: Pater sancte, istæ sunt, quæ servavi tibi, in quibus filius hominis caput reclinans quievit: peto ut ubi ego sum, et ipse sint mecum. Sed non solum sibi debent prodesse, quæ non solæ vixerunt sibi: hæc parentes redimat, hæc fratres. Pater juste, mundus me non cognovit: istæ autem me cognoverunt, et mundum cognoscere noluerunt. Tu. *g. Omnis p. 65.*

## LECTIO 9.

Quæ pompa illa, quanta angelorum lætitia plaudentium, quod habitaret Virgo in cœlo, quæ celestem vitam vixit in sæculo? Tunc etiâ MARIA thympanum sumens choros virginales excitabit cantantes Domino, quod per mare sæculi sine secularibus fluctibus transierunt. Tunc unaquaque exultabit, dicens: Introbo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat juventutem meam: Immo Deo Sacrificium laudis, et reddo Altissimo vota mea. Tu. Te Matrem. *p. 5.* Ad. Benedict. ant. Illustrame, Virgo clarissima.

## Oremus.

## Oratio.

Cordibus nostris, quasumus Domine, gratiam tuam benignis infunde, et intercedente sanctissimâ Genetrice Dei MARIA corpora nostra castitate, et humilitate sanctifica. Per eundem Dom.

## CANON.

Ex S. Hildephonso arch. Toletano. an. 667. — *Serm. 1. in nativ. B. V. M.*

89. Virgo tam Sancta, ut ad eam venire Spiritus Sanctus sit

dignatus; tam speciosa, ut eam Deus elegerit; tam casta, ut potuerit esse Virgo post partum. Tu.

Ad. Magnific. ant. Recordare, Domina, pauperatis nostrae, et praesta nobis auxilium brachii tui.

## CANONES.

Infra Heb. 11 Infant.

## FERIA II.

Ex Concilio Toletano Undecimo. an. 675.—In Praefation. —Concil. T. 15 p. 309.

90. Intacta «Deipara» Virginitas et virilem coitum nescivit, et fecundata per Spiritum Sanctum carnis materiam ministravit. Tu.

## FEAIA III.

Ex Statutis Synodalis Ecclesiae Canonianensis.

An. 1247.—Mart. Tom. 8 col. 1371

91. Docere debent Presbyteri veri Dei Filium.... de Virgine natum esse, virginitate integra manente in conceptu, partu et nativitate. Tu.

## FERIA IV.

Ex Statutis Synodalis Ecclesiae Claramontensis.

An. 1268, p. 1. cap. 3.—Mart. Tom. 7. col. 390.

92. Debent docere Presbyteri. Filium Dei esse natum de Virgine, Virginitate manente in conceptione, in partu et in nativitate. Tu.

## FERIA V.

Ex S. Antonio Archiep. Florentino.

An. 1439.—Par. 4. tit. 23. c. 20 G. 10.

93. Beata MARIA Mater est omnium in Virginitate, quia prima sine precepto, consilio, vel exemplo virginitatis munus obtulit, per quod omnes virginis per imitationem virginitatis genuit. Tu.

## FERIA VI.

Ex Paulo Papá Quarto.

Const. Cum quorund. an. 1555.

Bull. B. Rom. IV. p. 1 p. 322

94. Omnes et singulos, qui haec nō asseruerunt, dogmatizarunt, vel crediderunt... Beatissimam Virginem MARIAM non esse veram Dei Matrem, nec perstissemper in virginitatis integritate, ante partum scilicet, in partu et post partum, ex parte omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti apostolica auctoritate requirimus. Tu.

## SABBATO.

Ex Paulo Papá Quinto.

Const. Imm. bonitatis.—an. 1615.

Bull. R. T. V. p. 4 pag. 183.

95. Una cum uberrimā fecunditate florem Virginitatis illibatam perpetuō conservavit «Deus in Virgine» cujus virtutem et pulchritudinem sol et luna mirantur, natura obstupescit, infernus quoque contremiscit. Tu.

## III.

## PREGNATIO

## B. MARIE V.

Ab ejus Infantia (seu à primā Dominica Adventus) usque ad ejus Partum.

## RESPONSORIA.

Dicenda post Lectiones tempore Praegnat. tam in officio Dominice, quam in feriatis.

In I. Noct. et in II. et V. Feriis.

§. 1. Rorate caeli desuper, et nubes pluant justum: aperiatür terra, et germinet Salvatorem. §. Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus JESUS.—Aperiatür.

§. 2. Spiritus Sanctus in te des-

scendet, MARIA: \* Ne timeas, habebis in utero Filium Dei. §. Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, dicit Dominus.—Ne.

§. 3. Suscipe Verbum, Virgo MARIA, quod tibi à Domino per angelum transmissum est: \* Concipies, et paries Deum pariet et hominem. §. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.—Concipies.—Gloria.—Cœpities.

In II. Noct. et in III. et VI. Feri.

§. 4. Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: \* Quod enim ex te nascet ut sanctum vocabitur, Filius Dei. §. Ave MARIA, gratia plena, Dominus tecum.—Quod.

§. 5. Egredietür virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, \* Et requiescet super eum Spiritus Domini. §. Orietur stella ex Jacob, et consurgat virga de Israele.—Et.

§. 6. Beata es, Virgo MARIA, quæ Dominum portasti Creatorem mundi: \* Genisti, qui te fecit, et in æternum permanes Virgo. §. Ave MARIA, gratia plena, Dominus tecum.—Genisti.—Gloria.—Genisti.

In III. Noct. et in fer. IV et Sabb.

§. 7. Ecce Dominus venit, et omnes sancti ejus cum eo. \* Et erit in die illa lux magna. §. Ecce apparebit Dominus super nubem candidam, et cum eo sanctorum militia. Et.

§. 8. Et ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: \* Ave gratia plena Dominus tecum. §. Ne timeas, MARIA: invenisti enim gratiam coram Domino.—Ave.

§. 9. Benedicta, et venerabilis es, Virgo MARIA: \* Quæ de

cælo suscepti prolem, et mundo genitissi Salvatorem. §. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera facis homo.—Que.—Gloria.—Que

## LECTIONES

DE

## SCRIPTURA.

pro feriis Praegnat. seu adventus et pro primo Noct. Festivitatium quæ toto hoc tempore proprias non habuerint.

## PRO FERIIIS II. PREGN.

De libro Proverbiorum.

LECTIO I. c. 4. v. 20.

Fili mi, augetur sermones meos, et ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedat ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: vita enim sunt inventientibus ea, et universæ carni sanitas. Tu. §. Rorate. p. 96.

LECTIO 2.

Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit, et detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Dirige semitam pedibus tuis, et omnes viæ tuæ stabilientur. Tu. §. Spiritus. p. 96.

LECTIO 3.

Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram averte pedem tuum à malo: vias enim, quæ à dextris sunt, novit Dominus: perversæ vero sunt, quæ à sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. Tu. §. Suscipe verb. p. 97.

## PRO FERIIIS III.

De libro Proverbiorum.

LECTIO I. c. 5. v. 1.

Fili mi, attende ad sapientiam meam, et prudentiæ meæ inclina aurem tuam, ut custodias cogita-